



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

21. Episcopus an possit in locis exemptis suæ Dioecesis divina celebrare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

1. *Clauſula* Quorum tenores, operatur ſpecificam omnium eorum ad qua illius ſe
relatio, expreſſionem.

Limitis, ut n. 2, 3, 4. & ſeqq.

Breviter dico, expreſſionem operari ſpecificam omnium eorum ad qua fit il-
lius relatio. *Mohed. dec. 9. de Reſcriptis Caſſiad. dec. 10. ſuper, reg. & ſuit ſapè deci-*
ſum. Butr. conf. 2. alias 49. nu. 6. Farinac. dec. 466. nu. 5. part. 1. idque niſi in reuocatione
Privilegii certa forma requiretur. glo. cap. Inquiſitores verb. expreſſe de Hereticis in 6.
quod enim fieri debet expreſſe, non ſubſiſtit, ſi fiat alio modo. *Decius conf. 165. uti*
de reuocatione Privilegii Societatis Jeſu & ordinis S. Clare tradit Anthonius de
Amatis, Marchia dec. 17. Calder. conf. 11. Et ſi ſecus diceremus, contingere poſſet Pa-
gam reuocare id quod probabiliter ignorat, nimirum privilegia qua ſunt facti. Rom.
conf. 227. Amatus d. decif. 17. nu. 5. Feder. conf. 233. Quod extendo, etiamſi derogationi
in factio conſiſtentea, qua Pontifex poteſt ignorare, *Cravet. conf. 119. ſignanter verò*
ſi ageretur de reuocando Privilegio à pluribus Pontificibus confirmato; illud enim
difficilius tollitur. *Decius conf. 165. num. 3. Amatus d. decif. 17. num. 9. quemadmodum*
deſi ueretur favor piæ cauſæ. Dec. d. Conf. 165. num. 5. aut Religionis, idque propter
publicam utilitatem. *Alex. conf. 123. Amatus d. decif. 17. n. 9. Vroius opin. 641.*

Q V Æ S T I O XXI.

Episcopus an poſſit in locis exemptis ſuae diœceſis diuina celebrare?
SUMMARIUM.

1. Episcopus habet per totam ſuam diœce-
ſim iurisdictionem fundatam.
2. Etiamſi monaſteria ſint, aut loca regu-
laria.
3. Episcopus Pontificalia exercet in locis ex-
emptis ſuae diœceſis.
4. Niſi tamen de aliquo privilegio contrario
doceatur.

Sacrum Rotæ Romanæ Auditorium reſpondit poſſe, *Farinacius dec. 238. part. 2. 1.*
Cum enim Episcopus per totam ſuam Diœceſim iurisdictionem habeat, cap.
omnes Baſilicæ 16. qua. 7. *Verall. dec. 201. part. 1. etiamſi Monaſteria ſint, aut loca re-*
gularia. Abbas 2. cap. Abbates 18. quaſt. 2. conſequens eſt, ut ipſe diuina Pontificalia
que in qualibet ſua Diœceſis Eccleſia poſſit exercere. *Clem. 2. ubi. Card. n. 5. & ſimili*
n. 5. verſ. 5. quæ de Privileg. Paninus de viſitatione part. 2. q. 3. n. 9. Paulus Fuſcus de vi-
ſitatione & regim. eccl. c. 8. n. 5. Pontificalemque in iis ſedem ad diuina celebranda
collocare. *Bonf. d. Clem. 2. n. 10. Idque niſi ſpecialiter de aliquo privilegio exenptio-*
nis doceatur. *c. cum & plantare de privil. gl. d. c. omnes Baſi. verb. poteſtat. Far. d. loco.*

Q V Æ S T I O XXII.

Episcopus eximens Eccleſiam, an cenſeatur viſitationem correctionem-
que à ſe abdicare?
Kkk

SUM.